



Salgado
Lab. Cre
T. 1.



~~NC 8944~~

Dcho Hancock

S. FRANCISCO

ALVARADO

DE SERRA

BY THE MOUTH

MEDITERRANEAN

347.736

SAL

SAL

Universidad de Alcalá



5900148860

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,
LABYRINTHUS
CREDITORUM.

R19909



D

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA
LABYRINTHUS
CREDITORUM.



D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA
IN REGALI CANCELLARIA

Vallifoletana Senatoris,

LABYRINTHUS

CREDITORUM CONCURRENTIUM
Ad litem per debitorem communem inter
illos causatam;

CUI ACCEDIT TRACTATUS DE LIBERTATE

Beneficiorum, & Capellaniarum recuperanda, ab eodem Autho-
re aliàs concinnatus.

CUM DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Materiam Labyrinthi Creditorum illustrantibus.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS, M. DCCCL

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA
IN REGALI CANCELLARIA


Vallidolatae Senatoris
LABYRINTHUS

CREDITORUM CONCURRENTIUM
Ad licentiam per debitorem communem inter
illos causetam;

CUI ACCEDIT TRACTATUS DE LIBERTATE
Beneficiorum, & Capellaniarum recuperanda, ab eodem Autho-
re alias concitata.

CUM DECISIONIBUS SACRAE ROTAE ROMANAE,
Hactenus in quibusdam Ordinibus illustratis.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS, M. DCC.

Apud Paulum Balloninum.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



VIR CLARISSIMUS

D.D.D. MARTINUS

DE BONILLA

EX PRIMARIUS INTERPRES

SACRORUM CANONUM EMERITUS

SALMANTINUS,

ET IN PINCIANA CURIA REGIUS CIVILIUM

causarum Auditor, & aulae Praeses; nunc verò Senatus Regii patrimonii

Consiliarius meritissimus, de Auctore & Scripto alloquitur

AD LECTOREM.



Em gratissimam tibi, judiciose Lector, facturum scio, si in ipso operis vestibulo exhibuero, quis ejus Auctor; non quia metuum à te ignoratum; sed quia ut à me noveris, opto Nomen illi D.D.D. FRANCISCUS SALGADO DE SOMOZA primæ veterisque Gallæciæ Nobilitatis: sanguinis puri, & ab omni externa illuvie defæcati: natalium integrorum. Parco tamen consultò his, qualia, licet natura multa indulserit, indulset ei adhuc immerenti. Sed, quod minimum est, nec ipsas naturales dotes, dissimulabo; species enim corporis, simulacrum est mentis, figuraque probitatis. Aspectu gratus, lætusque, facies decore plena, membra integra beneque compacta; statura procera, quam mediæ proprior, eaque quadrata, non obæsa; vultus candicans, nec decolor; obtutus gravis, incessus modestus, corporis reliqua positio in affectata: denique in Viro Senatorem videas, nam virilis necdum senilis ætas, sparsique cani, commendationem augent, nullo decoris dispendio. Nec frustra hæc in eum naturam contulisse existimandum est, quæ nescit ineptire; sanè quale corpus, talis animus est eximius comitate, sed quæ nihil derogat majestati Senatoriæ, qua pollet admodum benignus, mansues, pervius, judicio valens, abundè doctus, incorruptus, vindex, assertorque Justitiæ, firmissimus rationis propugnator, disertus judex, certus, nec vacillans decisor, exactus, integerrimusque discussor, nec præjudicii, nec exemplis facile cedens, procul ramentum ab æmulatione adversus collegas, & vincere inglorium, & atteri sordidum putat.

D. Ambr. 2. de Virg.

Succedit, ut Te de scripto moneam, quod est præcipuum munus hujus epistolii, & ut altius coeperim, cum docerem in celebratissimo consistorio illo litterarum, Salmantina Academia Hispaniæ nostræ magistra venerabili: cum, inquam, Pontificium jus docerem, non certè inglorius, sed publicis certaminibus bis, terque, quaterque coronatus, & primariam adeptus palmam, quam tandem emerui viginti continuis decursis stipendiis ex legibus Academiae, patriisque nullus mihi Auctor magis frequens, aut præ manibus fuit, quam SALGADUS noster, in libris, quos pro tempore emittebat in publicum, sive de regia protectione ageret, sive de retentione Bullarum, sive pro doctrina sua ad Apostolicam Sedem supplicaret. Ex quibus, qualem, quantumque fructum doctrinæ collegissem; ut sum mihi conscius, ita & ab imo pectore grates reddo homini ad eruditionem meam nato. Crede non palpatori, in dies admirabar virum divini, humanique juris peritissimum in arcanis Pontificum responsis expandendis, expendendis solertem: Sedulum, & laboriosum in referendis aliorum sententiis, judiciosum in approbandis, aut reprobandis. Quid immerer in extollendis his libris, quos Europa cuncta anxie perquirat, & evoluit. Quibus novitas nihil auctoritatis detraxit, gratiæ verò addidit multum.

Tacitus in vita Agr.

Præpotens, pariter & Justus Philippus Rex noster, quem Deus longum sospitet, in præmium & velut pretium tanti laboris pro sua, & litteraria Repub. suscepti, præsidere Monarchiæ Siculorum SALGADUM jussit: sed mutato consilio piaculum putat, ad Siculos ablegare hominem Hispanum, qui

Salgad. Labyrinth. Credit. Tom. I.

† 3

Hispa-

Hispanicis tribunalibus posset esse ornamento, atque ut primam provinciam Imperii decet, præesse juri dicundo in præcipuis ejus conventibus. Ergo antequam Siciliam transfretaret, à Principe codicillos accipit, quibus hujus Cancellariæ AUDITOR creatur. Ego adhuc Salmantica detinebar, agebarque, imò angebar desiderio videndi, & communicandi cum SALGADO meo tam propinquiore; cum ecce intercedit fors huic rei importuna (fausta aliàs, & felix) nam sua idem tempus in victissimus Rex noster Granatensis Cancellariæ me destinabat AUDITOREM, ut alter Astaganis populis jura redderet, alter Ulstaganis. Sed ò bono fato meo, Honos mihi permutatur, & antequam in Granatam properarem, hujus Cancellariæ AUDITOR renuntior.

Siste Lector, quoniam calamum cohibet sanctissimum Tribunal; ingratus sanè essem, aut ignavus, si insalutatum illud præterirem. Salve Justitiæ arx, veritatis propugnaculum, Æquitatis sedes, conventus juris in primis Europæ venerabilis. In quo tot insignes viros pietate, justitia, & omni eruditione vidimus retro sæculis, atque hoc nostro cernimus, quod est rarum, priscum splendorem nihil caducum. Quid hic plebejus metuat à magnate, pauper à divite, ovis à lupo, columba à milvo? Integritas, veritas, Fides, vetusque simplicitas propriæ dotes tuæ sunt, Augustissimum Tribunal: Avaritia, Rapacitas, Gratia, Odium, aut cæteræ sordes, verius dicam nec de nomine notæ: O domus æternum veneranda, quandiu sæculis Justitia non vilescat. Et Tu, Lector, jam pergas, licet.

Accessi Cancellariam, sodales invisi, ò quales, si de illis singulis instituere sermonem liceret! & prospere jam favente fortuna, parum erat, cum SALGADO meo in eodem conventu esse Honoris particeps: quin in eadem aula includimur, cui ille præerat, ego aderam, earundem causarum Auditores, decisoresque: itaque quod anxie oprabam, plenissimè Deus præstitit, ut quem è libris eduxeram, ex ore, & conversatione litteraria medullitus haurirem, sæpè in perscrutando, sæpè in decernendo expertus nihil à vivi effigie mortuam imaginem aberrare: denique illum ipsum loquentem, cum persona in suis libris picta compone, & utrumque putabis esse verum, aut utrumque putabis esse pictum, ut sit jam similis sibi metipso.

Sed amplam studiorum suppellestem, in unum judicandi munus impendere ægrè fert, & latrunculus otii, quietisque, ubi à publica, aut privata AUDITIONE vacat, semper aliquid cogitat, quod eum aliquando vixisse posteritati testetur, meliori sui parte superflite. Cogitat, inquam, aliquid suo nomine dignum, quale est hoc opus, quod nunc in manus tuas Lector. In eo format concursum creditorum, sive ad debitoris instantiam, ut dicunt; sive creditores extorqueant. Informatum dirigit, & usque ad finem ex ordine perducit: cujus causa varia est, prout debitorum, qui in manu curiæ derehincunt bona, sunt varii, variique juris. Ecclesiæ, Cœnobia, Respubl. Minores, Magnates, & alii, in quibus non omnia eadem sunt, sive exordium, sive processum, sive exitum spectes, vel si ipsam alimentorum concessionem. Quid si bona libera non sint, sed restitutioni subjecta? Quid si unus, idemque debitor utriusque qualitatis bona habeat? Quid si unita, multaque primogenia possideat, ad quæ fiat concursus? Quid si creditores ipsi diverso jure concurrant, privilegiarii, hypothecarii, Cirographarii? accedit bonis curatorem dandum esse, quandiu sunt in manu curiæ: perge, igitur, & curatoris munus exquire, si locat, si exigit, si colit, si reficit, si ex decreto Curiæ creditoribus satisfacit, si expensis, latique reddit rationes. Ne tamen hæreas, neque monstri aspectu deterrearis: ecce opus, cui licet, & ipsi horribile sit nomen LABYRINTHUS,

Verum si laberis intus,

Non labyrinthus erit, sed labor intus erit.

Erit potius aureus filius Ariadnæ, quem si solerter sequaris, plusquam Minotauri monstra superabis feliciter: tenta, & expromissor adsum: sed quid eges expromissore, qui Auctorem nosti, facilem, diligentem, expeditum, omnia suo distribuentem loco, & ordine: & tibi jam olim gratum: sed ferè gratiorem ex hoc opere facilè mihi promitto, invio adhuc, & à doctis inauso potius, quàm omisso: præfertim hoc infelici tempore, quo nullæ aliæ causæ frequentiores sunt, quàm creditorum concurrentium ad bona facti debitoris; quod in omnibus Europæ tribunalibus accidere, quia scio, vehementer doleo. Mœrent debitorum, non tam quod debeant, quàm quod cum illis ex juris ordine non agitur. Mœrent & creditores, quod plus, quàm inopia rei, ignorantia judicum, seu advocatorum suum servare non possunt. Ecce utrosque instituit noster Auctor, postremo hoc opere, sed non desinente, ita voveo, Lector, tua interest, ut ad aliam juris nostri partem calamum destinet. Tu ergo urge, sive Hispanus es, ut de patria pergat benè mereri, sive alienigena, ut Rempubl. litterariam ditet, & exornet. Vale, longumque ævum, firmamque valetudinem SALGADO nostro adprecare, ut diu vivat, floreat, & tandem æternam felicitatem consequatur. Ex nostro Vallisoletano Musæo, &c.

SUMMARIUM CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM HUJUS OPERIS LABYRINTHI CREDITORUM.

EX PRIMA PARTE.

CAPUT PRIMUM.

CAP. V.

Iudicium in concursu creditorum per debitorem communem causatum, ut legitimus dicatur; quibus requisitis, & quomodo formandum.

Et quando fictum, & simulatum (ne profit) dignoscatur.

Et quot à simplici cessione bonorum distet. pag. 1

§. I.

Decimam executionis an iudex concursus percipiat juxta mensuram creditorum concurrentium, vel quo jure sibi sit denegata omnino. 6

§. II.

Minor, Respublica, Ecclesia, aliave quævis Communitas, an possit absque judicis decreto, aut Principis licentia iudicium concursus inter suos creditores liberè formare. 7

CAP. II.

Iudicium concursu creditorum coram quo iudice movendum, ut qualis sit competens cognoscatur.

Et an rei vices debitor communis, vel actoris suos creditores provocans, sustineat.

Et an sola concursus introductio casum curiæ præbeat, ut prima ejus instantia in cancellaria proponatur.

Et nunquid concursus ad hæreditatem clerici jacentem coram Ecclesiastico sit iudice movendus. 11

§. Vnic.

Hæreditati (cujus ususfructus alicui fuit titulo legati, vel institutionis relictus, & post ejus mortem alius hæres institutus) curator tanquam jacenti sit ad instantiam creditorum dandus, ut iudicium concursus inter omnes legitimè introducat. 16

CAP. III.

De individuitate iudicii concursus creditorum, & ex quo individuitas hæc causetur.

Et an sit universale, vel particulare iudicium. 18

CAP. IV.

Iudicium concursus an ad se trahat omnes alias lites coram diversis iudicibus (aliàs competentibus) pendentes, sive ante, sive post concursum formatum. 20

§. I.

Et quid quando concursus formatur non per debitorem ipsum, sed inter creditores tantum, illum convenientes in diversis tribunalibus, & de utriusque concursus clara differentia. 23

§. II.

Et quid, quando ommissa fuit harum causarum alibi pendendum ad concursum avocatio, an sententiæ illic obtentæ statim exequantur, vel ad concursum remittendæ pro graduatione, & exactione consequenda. 25

§. III.

Exceptio concursus pendens ad effectum attrahendi, sive accumulandi processus contra debitorem communem alibi pendentes; an termino aliis dilatoriis à l. Regia præscripto circumscribatur. 26

Iudex concursus, an per inhibitionem, & litteras requisitorias ad se trahat lites coram diversis iudicibus pendentes, quibus non obtemperantibus, quo remedio utatur.

Et quæ sit justa causa ad non parendum nec supersedendum. 28

CAP. VI.

Ecclesia, clerici, ceterique exempti, & privilegiati creditores citati ad concursum per iudicem sæcularem, an comparere adstringantur, vel an declinantes audiendi. 30

CAP. VII.

Fiscus pro suo credito an ad iudicium concursus citetur, vel an ad se totum iudicium trahat.

Nec non de remedio, quo uti solent creditores, ad separandum fiscum à concursu, ut evitetur processus attractio.

Atque etiam semel dimisso, ac soluto fisco, an lis ipsa ad priorem iudicem iterum revertatur.

Et an scholaris creditor concursum alibi à debitore formatum ad suum forum trahere valeat.

Vbi valde utilia plura (ex quibus taxatur privilegium fori scholarium) annotantur. 33

CAP. VIII.

Creditor qui inter ceteros citatus ad concursum, intra terminum non comparuit; an sui crediti solutionem, & privilegium amittat.

Et an si comparuit, sed tardius, & quando congruo tempore comparere dicatur.

Et nunquid creditores sub die vel conditione citari debeant, vel an comparentes in concursum admittantur.

Et quemadmodum interim per sententiam graduationis indemnitati eorum consulatur. 44

CAP. IX.

De singulis creditoribus singulas negotiationes, administrationes, aut singula patrimonialia, sive libera, sive partim vinculata in uno, & eodem communi debitore concurrentia, prosequentibus.

Et de eorum separatione (& à quibus postulari possit) tam quoad distinctionem administrationis, quam quoad extinctionem concursus, ipso mortuo debitore. 49

CAP. X.

Creditor cui à suo debitore consignati sunt annui redditus, vel bona, ex quorum fructibus sibi solvat, quale jus acquirat, & an cogatur illa in concursu conferre.

Vel an ceteri creditores etiam hypothecarii cum eo prælativè concurrere, vel redditus exactos, & consumptos avocare possint. 55

CAP. XI.

Is cui jus retentionis in re debitoris competit, an eandem separare volens à concursu, ac administratione audiatur, itaut ceteris creditoribus, etiam hypothecariis præferatur.

Et quid si titulo venditionis, donationis, aut insolutum tertius possideat.

Vel

Index Capitulorum,

- Vel etiam quando res aliena in bonis debitoris reperta, & dominus vendicet, an interim retinenda in concursu, aut quando restituenda domino vincenti.
- Et an dominus ad eam vendicandam cogatur iudicium adire concursus, 64
- §. Unic.
- Successor rei titulo particulari, seu universali, an contra creditorem agentem hypothecaria retentione, pro melioramentis non à seipso, sed ab auctore suo, aliove in hypotheca factis uti valeat, & an ei possidenti à quo facta fuerint probare incumbat. 74
- C A P. XII.
- Debitor dum mutuum ab uno debitore recipiens concursum non causaturum, aut fortè causatum bona sibi consignata extra illum mensura promisit, an insuper creditor citatus conferre teneatur bona consignata, vel interim penes se retinere permittatur. 79
- C A P. XIII.
- Concursu legitimæ formato, administrator competenti salario per iudicem creatus, quam potestatem (& an jurisdictionem) erga bona debitoris recipiat, & quas actiones movere valeat.
- Et an unus ex eisdem creditoribus administrator nominari possit.
- Et quando, & quo loco administrator assistere cogatur ut minus molesta sit cum eo creditoribus negotiatio. 82
- §. I.
- Administrator bonorum concursu à iudice nominatus, an simplex sit administrator.
- Vel an simul sit depositarius, & sequester. 87
- §. II.
- Administratore concursus an bona ipsius emere sit prohibitum.
- Et an nomen debitoris, vel census cessionem contra concursum emere prohibeatur.
- Et an creditores jus habeant impediendi redemptionem census pretio integro, sed viliori, quo administrator emit. 92
- C A P. XIV.
- Concursus semel causato, an debitor communis in tantum administrationem suorum bonorum à se abdicet (& quid possessionem, & dominium) ut de cætero contractus à se gesti nulli sint, inutiles, ac inefficaces reddantur.
- Et an actiones activas, & passivas amittat, itaut nec ab eo, nec in eum dirigantur.
- Et an debitor administrationi, & exactioni interim se inferens criminaliter puniatur. 97
- C A P. XV.
- Administrator ad bona concursus semel nominatus interim legitimæ remotus, vel sua spontè facta, & admissa dimissione, vel alio accedente, qui meliorem conditionem attulerit; an, & quando nominandi facultas ad præsidem Cancellariæ libera, vel præcisa devolvatur. 104
- C A P. XVI.
- Iudicium concursus inter creditores partim agentes pro instrumentis exequilibus, partim illis carentes; an totum reddatur executivum, vel totum ordinaria via, aut divisum, & seorsum peragendum.
- Et an sententia graduationis, quoad omnes lata per appellationem in totum suspendatur, vel quando quoad omnes sit indistinctè exequenda. 105
- C A P. XVII.
- Creditor citatus ad iudicium formatum per unum ex correis obligatus, sive confidejussoribus, an possit concursum deferens noviter convenire alterum correum, vel confidejussorem, tertiumve hypothecatæ possessorem, litis pendens exceptione minimè obstante.
- Et quid si in lite concursus, sententiam graduationis jam obtinuit ipse creditor. 113
- C A P. XVIII.
- Creditor, cui in concursu creditorum unius ex correis bona per sententiam graduationis fuere consignata; an, & quando insuper alium correum, vel fidejussorem possit pro eodem credito convenire. 117
- C A P. XIX.
- Creditor censuarius ad iudicium concursus citatus, an possit sortem, & redditus decursus in creditum deducere; & pro ipsius sortis principalis redemptione instare, & iustè consequi. 120
- C A P. XX.
- Creditor pro suo censu vitalitio in concursu comparens, an valeat consequi integram sortem principalem qua olim censum à debitore emit.
- Vel quomodo eidem consulatur in bonis debitoris, ut indemne suum creditum maneat in futurum. 125
- C A P. XXI.
- Bona concursus subhastata cum onere census vitalitii; ab emptore annuatim persolvendi creditori anteriori, an hujus morte extinctio subsequuta cedat in commodum emptoris; an potius aliorum creditorum concursus, itaut pars illa rei venditæ, census extinctioni correspondens ad corpus concursus, redire teneatur. 129
- C A P. XXII.
- Creditor censuarius ad concursum citatus, an & quando cogatur bona concursus iustè taxata, pro sortis principalis extinctione, ac decursorum solutione recipere. 133
- C A P. XXIII.
- Creditorum, qui prius ad excussionem oppositam tenentur, dum fidejussores, aut tertios conveniunt; an docentes de concursu debitoris principalis pendente ab ea liberentur.
- Et de aliis notabilibus, quæ ab excussione creditores relevant.
- Et nunquid excussio debitoris cum conventionione tertii simultanea concurrat in eodem iudicio, ut utraque pari passu ambulet, ac terminari valeat. 137
- C A P. XXIV.
- Quibus debitoribus concursum causantibus alimenta præstantia sint ex bonis concursus, & quando taxanda.
- Et an priorem gradum inter suos creditores obtineant.
- Et an quilibet creditor alimentarius, hypothecarius, & privilegiatus dici possit.
- Et nunquid aliquo in casu dici possint onus reale majoratus, vel semper merè personale, respectivè tantum ad obligationem possessoris, nec habito respectu ad majoratum.
- Et nunquid res iudicata pro alimentis fratris contra possessorem majoratus obtenta exequi valeat contra hujus (etiam filium) majoratus successorem. 144
- C A P. XXV.
- Crescentibus, vel decrescantibus bonis concursus, itaut quodcumque constet de falsa relatione circa eorum valorem crescant, vel decrescant alimenta per rem iudicatam taxata. 159
- C A P. XXVI.
- Debitor, cui in concursu à se formato consignata fuere alimenta, si super eisdem postmodum debita contraxit, & novum causet concursum, an ex eis insuper alimenta postulans audiatur.
- Et quid generaliter de quolibet alimentario concursum formante super suis alimentis. 164
- §. Unic.
- Duplici concursu iudicio pendente, ab eodem majoratus possessore formato, altero inter creditores ad bona majoratus, altero ad alimenta sibi consignata, si alia quævis bona ipse possessor habeat; qualium creditorum concursui erunt applicanda. 168
- C A P. XXVII.
- Usufructuario, & proprietario patre, & filio, cedente, & cessionario, hæredi, & fideicommissario, Monacho, & Monasterio concurrentibus in iudicio concursus pro eodem credito, cui eorum solutio (ut legitima sit) erit facienda.

Atque

& Paragraphorum.

- Atque etiam concurrentibus domino directi domini, & domino utili vendicantibus rem penes debitorem, & concursum existentem, quis in agendo, & exigendo praeferatur. 171
C A P. XXVIII.
- Per iudicium concursus subsequutum, an extinguatur mandatum ad exigendum, administrandum, alienandum, seu transigendum per eundem debitorem, antea alteri constitutum.
- Et an solutio tali mandatario, vel constituti postmodum facta, liberet debitorem. 180
C A P. XXIX.
- Creditor cui res fructifera tradita fuit, ut ex fructibus satisfiat; sed pro tempore rem debitor reddat, an solutus praesumatur, ne in concursu graduetur.
- Et an etiam partem crediti non solutam ipse remisisse dicatur. 183
C A P. XXX.
- Ad praelationem, & graduationem, an attendatur tempus mandati, vel tempus contractus sub hypotheca mandati virtute celebrati, ita ut creditores medio tempore contrahentes praeferantur. 185
C A P. XXXI.
- Creditor ex instrumento (quo possessor majoratus obligavit omnia bona sua) postmodum exhibito, & confirmato per regem, an graduetur in bonis majoratus in concursum deductis. 187
C A P. XXXII.
- Concursus formatus cum curatore dato hereditati, tanquam jacenti, quae postmodum apparet jam ex tunc adita; an nullus reddatur.
- Et an adversus gesta in concursu moto hereditati jacenti, pupillo heredi postea adeunti in integrum restitutio competat. 190
C A P. XXXIII.
- Ad majoratus bona pro dotis restitutione a possessore obligata sub pacto impetratae facultatis, an uxor, quae ipso possessore mortuo, facultatem impetravit, possit in concursu uti creditrix graduari. 194
C A P. XXXIV.
- Ad concursum fidejussoris dati super contractu tempore limitato cum facultate tamen illud prorogandi; creditor an sit graduandus pro utroque tempore tam assignato, quam postmodum juxta facultatem concessam prorogato. 196
C A P. XXXV.
- Creditor census creati super pretio officii renuntiati, cum reservatione proprietatis, donec redimatur, an graduetur in concursu, antequam titulus emptori concessus, & expeditus sit a principe.
- Et an officio interim perempto, vel legitime consumpto, census duret, & redditus annui currant.
- Et quid si ob defectum objectum personae emptoris dilatio, & mora causata fuerit. 199
C A P. XXXVI.
- Redemptio census facta possessori majoratus habenti clausulam, ne ei fiat; sed fors redimenda deponatur, an liberet debitorem, ita ut successor prorsus a concursu creditorum excludatur. 206
C A P. XXXVII.
- De creditoribus concurrentibus ad bona majoratus ex facultate Regia vitio subreptionis, subjecta excludendis.
- Et an facultas ob non factam omnium clausularum foundationis poenaliu infrigentium principis, vel successorum potestatem specificam principi relationem vitietur.
- Ubi accuratè examinatur doctrina Ludovici Molinae, lib. 3. c. 4. c. 7. 28. 209
C A P. XXXVIII.
- Creditor, qui cum possessore majoratus contraxit cum facultate Regia non facta relatione pacti praecedentis inter possessorem, & successorem de non alienando cum clausula irritante, ac de non impetrando ad id facultatem, nec impetrata utendo; an excludendus a concursu, vel etiam jam graduatus delendus a sententia. 216
C A P. XXXIX.
- Creditor, qui contraxit ex facultate Regia, asserente ad instantiam possessoris majoratus fuisse impetratam, de cuius tamen asseritionis veritate aliter non appareat; an sit excludendum a concursu ad majoratum formato. 224
C A P. XL.
- Lis qualibet movenda contra debitorem concursu universali pendente an praecise cum creditoribus ei assistentibus sit simul tractanda ut praedictet.
- Et an creditores possint uti exceptionibus debitori competentibus etiam invito.
- Et an concursu pendente, praescriptio possit inchoari contra debitorem.
- Et an ante concursum inchoata praescriptio possit perfici, & prosequi post concursum causatum. 228
C A P. XLI.
- Administrator concursus, qui reddita ratione fuit relinquatus, si nobilis sit, an pro reliquorum solutione carcerari possit. 234
C A P. XLII.
- Concursu per clericum formato inter suos creditores, an pensionarius etiam posterior quoad fructus beneficii omnibus, & quibuslibet praeferatur.
- Et de concursu plurimum creditorum pro diversis pensionibus ad idem beneficium concurrentium. 239
C A P. XLIII.
- Pensionarius, qui creditori suo consignavit etiam cum mandato in rem propriam annuam pensionem, ut ex ea satisfiat, vel etiam hypothecavit; an possit in creditoris praedictum pensionem extinguere, cassare, vel remittere. 243
C A P. Final.
- Debitor concursu a se formato, qui in diversa causa condemnatus secundam supplicationem ad principem interposuit, an tanquam pauper a fidejussionis praestatione per legem Regiam requisita relevetur: ita ut formae legis per juratoriam cautionem satisfecisse dicatur. 247

EX SECUNDA PARTE.

CAPUT PRIMUM.

Concursu pendente, debitore mortuo, an haeres, qui absque inventario adivit, possit eandem concursus litem continuare; vel an potius ex proprio patrimonio creditoribus concursus teneatur. 269

C A P. II.

Naturae iudicii concursus, quae specialia, praeter, aut contra iuris regulas inesse detegantur.

Et an inter ea illud numeretur, ut novus licitator ad bona concursus, jam per subhastationem adjecta similitorem conditionem attulerit, admittatur.

Et an coram eodem iudice concursus, tam novus, quam antiquus licitator, & possessor comparere cogantur. 275

Index Capitulum,

C A P. III.

Creditorum anteriores, an cogi possint ab aliis inferioris gradus, ut fructus concursus, (qui extra novum emptorem non reperiunt) aut ut taxatos in solutum recipiant, vel ut patiantur inferioribus pro suo credito plus offerentibus assignari.

Et an debitor communis solus impugnare possit, & prælationem anteriorum contra posteriorem agentem opponere. 282

C A P. IV.

Qui ex facultate Regia ad mille mutuo accipienda, & bona majoratus obligandum obtenta, à pluribus successivè duo millia recepit; eisque tandem in concursum comparentibus, an priores intra summam permissam excludant posteriores ultra illam mutuantes.

Vel an omnes pro rata ad summam permissam admittantur.

Et quid si in eodem instrumento, ac momento omnes simul mutuaverunt, ultra tamen summam facultatis. 286

C A P. V.

Creditor ad bona majoratus cum facultate Regia, & simul ad libera debitoris; an cogatur per posteriores creditores ad sola libera, in concursu iudicio, prius excutere majoratum, ne liberis bonis consumptis, credita sua amittant, sed imò omnibus consulatur.

Et an bona majoratus sic hypothecata adinstar fidejussoris indemnitate habeantur. 299

C A P. VI.

Creditor posterior ante, vel post sententiam graduationis exigens iudicis decreto habente clausulam (sive alterius præjudicio, vel simplici obligatione) an & quando teneatur insuper anterioribus restituere.

Et quando fidejussor datus à creditore, sub hac clausula exigente conveniri possit à quolibet creditore anteriori noviter comparente, vel tantum ad tunc existente in concursu sua restringatur obligatio.

Et nunquid coram eodem iudice concursus creditor ipse, etiam si clericus sit cogatur respondere, & ad restitutionem compelli. 304

C A P. VII.

Possessor majoratus, qui censum super eo impositum propria pecunia redemit, an uti creditor ad concursum citatus, vel spontè comparens sit excludendus, & an tertius cujus pecunia ad redimendum possessori mutuavit, prioris creditoris locum subintret.

Et nunquid in utroque casu nova regis facultas requiratur, vel prior sufficiat. 310

C A P. VIII.

Possessor majoratus, qui olim ex facultate regia (ad mille simpliciter obtenta) eadem tamen in argentea, aureave pecunia mutuo recepit, & pro eadem specie reddenda bona hypothecata subiecit; an tunc creditor concursus poterit eandem monetæ speciem novo successore impugnantem consequi. 315

C A P. IX.

Facultate Regia ad imponendum censum super bonis majoratus impetrata per eum qui duos, pluresve distinctos possidebat; singulique pro tempore in singulos possessores separatim devenerunt: an insuper omnes ad censum teneatur; vel an pro rata inter omnes majoratus distribuatur vel an, & quando uno ex eisdem dumtaxat gravato manente, cæteri profus liberi transire valeant. 322

C A P. X.

Esto quod hypotheca in bonis majoratus (postmodum per tertium evicti) imposita per possessorem putativum ex facultate Regia non subsistat, an verus successor evincens possit illam expedite, vel tacite per consuetudinem solutionis ratam habere. 343

C A P. XI.

Census impositus super duobus majoratibus ex facultate Regia per possessorem utriusque obtenta, an uno per legitimum successorem evictio extinguatur pro rata, vel an integra census quantitas alteri remanenti oneretur.

Vel an partis deficientis damnum sit inter omnes creditores pro rata communicandum, & distribuendum, vel an posteriores à prioribus excludantur, artha remanente. 352

C A P. XII.

Divisa per provincias hereditate inter duos hæredes à debitore institutos, & uno vel etiam utroque concursum formante; an creditores unius provincie ad concursum alterius admittantur, vel moniti adire cogantur.

Atque generaliter an creditores ad negotiationem, vel merces unius provincie etiam posterioribus aliis creditoribus alterius provincie, quoad illam negotiationem præferantur. 360

C A P. XIII.

Res empta per debitorem pro persona nominanda, an concursum emptoris, an concursum nominandi, seu nominati sequatur, ut cujus creditoribus sit affecta, dignoscatur. 365

C A P. XIV.

Debitor concursus iudicio pendente, an possit majoratum, legatum, hereditatem, seu donationem sibi delatam repudiare in præjudicium creditorum, vel an in alterius favorem renunciare, & quid inter repudiationem, & renunciationem distet.

Vel an insuper bona ipsa ad corpus concursus instantibus creditoribus redire debeant. 369

C A P. XV.

Creditorum possessoris majoratus patris hæredis gravati, vel donatarii præmaturè, & ante tempus restituentis majoratum, usum fructum (patri debitum in filiis adventitiis) seu hereditatem, aut donationem, an concursu super eisdem bonis causato jus habeant ad interusurium medii illius temporis saltim. 378

C A P. XVI.

Creditorum filii consentientis vinculi gravamine per patrem imposito in sua legitima, an insuper ad eisdem vinculi bona in concursum deducta, jus aliquod præterdere valeant. 385

C A P. XVII.

Census absque facultate Regia noviter impositus super majoratu in concursum deducto pro extinctione alterius eisdem quantitatis, tam in sorte, quam in redditibus, an vitietur.

Et quid si census sic subrogatus æqualis sit in sorte, minor tamen in redditibus, an pereat ex defectu novæ facultatis Regiæ.

Et an census sic subrogatus cum facultate Regia in locum prioris absque ea ab initio creati sit nullus, ita ut in iudicio concursus contemnatur. 392

C A P. XVIII.

Creditorum ejus (qui facultatem sibi reservatam, vel aliter datam habent disponendi de certa re, aut quantitate) an in concursu iudicio sua credita exigere valeant ex illo jure reservato, si ve debitor reservationis facultate usus fuerit, si ve non. 398

C A P. XIX.

Ex bonis debitoris per viam meliorationis, vel aliter, revocabiliter tamen donatis, & insuper in concursu iudicium deductis, an creditores sua consequi credita valeant, accedente tacita, vel expressa revocatione donantis.

Et an per generalem suorum bonorum dispositionem, seu obligationem, aut specialem revocationem creditorum donatarii exclusionem inducatur. 402

& Paragraphorum.

C A P. XX.

Procuratore ad exigendum pecunias constituto (quas exactas alteri sub lucro dedit) necnon domino constituyente concurrentibus, ad huiusmodi lucri exactorem, quis eorum graduetur.

Utrum etiam de procuratore ad rem certo pretio vendendam, & pluris vendentes; an hoc plus sibi & suis creditoribus excluso domino quaesivit. 405

C A P. XXI.

Prior creditor cui sub conditione impetrandae facultatis Regiae hypothecata fuere bona majoratus; an praefertur ei, qui postea ante facultatem à priori obtentam contraxit cum facultate Regia.

Et quid in generali obligatione bonorum sub conditione qua pendente res fuit acquisita per debitorem, & iterum per eum alienata, an hypothecae subjecta remaneat purificata postmodum conditione.

Et an creditoribus, quibus majoratus diversis temporibus obligata, facultas superveniens omnibus simul possit, vel an inter eos sit retinenda temporis anterioritas: absque facultate Regia bona fuerunt obligata. 408

C A P. XXII.

Successor majoratus, qui in tenuta tantum evicit, & concursus formavit; an impugnare valeat, & evertere censum super eodem majoratu impositum per detentorem postea victum, cum facultate Regia à se impetrata.

Quae addenda resolutioni, de qua supra cap. 9. 10. & 11. 415

C A P. XXIII.

Creditorum simpliciter mutuantes, possessori majoratus, habenti duas Regias facultates ad certas quantitates (altera tamen jam consumpta, vel aliàs inefficaci) cuiusnam intuitu contraxisse intelligantur, ut eis gradus in concursu assignetur, vel proxiis excludantur.

Et quid si inter contrahendum possessor ipse ad unam, jam tamen conscriptam facultatem se retrinxit; an ex alia nondum plena, aut valida, census impositio sustineatur. 430

C A P. XXIV.

Ad bona empta per possessorem majoratus, gravatum à fundatore, ut certa pars reddituum emptionis praediorum in majoratus augmentum deponatur, & applicetur, an majoratus ipse an creditores ementis sint praeferendi. 435

C A P. XXV.

Ex hereditate avi delata nepoti, patre praemortuo, an creditores patris sua credita exigere valeant; sive nepos ex propria persona, sive repraesentativè patris gradum subintrans avi hereditatem acquirat.

Et quid in hereditate non adita, sed in haeredem adeunda transmissa; an creditores transmittentis creditoribus heredis cui transmissio fit, praeferantur. 440

C A P. XXVI.

Creditorum debitoris sua bona donantis, seu hereditatem vendentis cum pacto, ut donatarius, aut emptor creditoribus solvat.

An ad concursus iudicium motum per donatarium, vel emptorem, seu etiam debitorem ipsum admittendi sint.

Et an principales sic contrahentes liberè discedere valeant à contractu praedictorum (quibus ex eo jus jam quaesitum videtur) minimè obstantè. 449

C A P. XXVII.

Officium vitalitium, seu annui proventus ad vitam concessi per Regem, seu privatam cum facultate alium nominandi post mortem; an & quando nominati, vel nominantis concursus sequatur, ut ex emolumentis vita debitoris durante creditores satisfiant.

Et an officio renunciabili hypothecato, & ob defectum renunciationis amisso, & à rege alteri, seu etiam eidem debitori concessio jus duret creditorum, vel potius extincta maneat hypotheca.

Vel quando ad tempus officium fuit concessum, & ulterius prorogetur, an jus hypothecae continuatum intelligatur. 457

C A P. XXVIII.

Nomen debitoris, an per creditorem debitori ipsi (ex diversa causa simul creditori) hypothecari valeat.

Et an ipse debitor in nomine à se debito (sibi que hypothecato) aliis omnibus hypothecantis creditoribus praefertur, etiam in eodem nomine anteriorem hypothecam habentibus. 463

C A P. XXIX.

Creditor censuarius cum pacto ne valeat redemptio, nisi ipsam per bimestre praecedat monitio; an graduari valeat, si citra terminum capitalis fors cum decursis, necnon decurrendis per illud bimestre ei obtulit, ac deposuit debitor; inde instans in concursu à se peracto, pro census extinctione, ac legitimo deposito. 466

C A P. XXX.

Moratoria à rege per debitorem concursus pendente impetrata, quos creditores comprehendat, & qualis ab ea de jure excepti intelligantur.

Et nunquid ipsius impetrantis fideiussoribus profit?

Et an impediatur cursus usurarum, seu annuorum reddituum. Fitque etiam de dilatione remissionis à majori parte creditorum debitori concessa. 474

E X T E R T I A P A R T E.

C A P U T P R I M U M.

Graduationis sententia semel in rem iudicatam translata; an debitor, vel creditor aliquid noviter opponere valeat, quod vel jus creditorum infringat, vel graduum ordinem, seu praedictionem subvertat, rei iudicatae exceptione minimè obstantè. 479

§. Unic.

Creditor plures debitores in solidum obligatos per rem iudicatam simpliciter condemnavit; postea ad concursum formatum per unum, comparens pro integra quantitate consequenda; an exceptione rei iudicatae repellatur, ne pro tota quantitate, sed pro rata debitoris tangente dumtaxat graduetur. 495

C A P. II.

In subhastatione bonorum concursus licitator pretium offerens, sub conditione, & qualitatibus, an sit, & qualiter admittendus.

Et quid quando loco pretii offert se recogniturum census, & credita debitoris.

Et an per consignationem à iudice factam creditoribus in hanc recognitionem sic oblatam, obligatio extinguatur, & debitor liberetur.

Et an emptor pro tempore rem sic emptam possit creditoribus censuarius à se recognitis dimittere; necnon creditores in primum debitorem habere recursum. Adde c. 12. infra. 500

C A P. III.

Bona emphyteutica, & censuaria, an corpus concursus ingredi debeant, ut subhastentur, atque emphyteutae creditoribus satisfiat, aut eis insolutum dentur.

Vel an potius in pignus creditoribus assignanda, ut ex fructibus, vita debitoris durante, sua credita consequantur.

Et an dominus directi domini, vel censuarius, sive tanquam talis, sive tanquam creditor ad concursum comparens, sit in praedictis bonis creditoribus cunctis praefertendus. 512

C A P. IV.

Bona majoratus ex facultate Regia creditoribus hypothecata,

Index Capitum, & Paragraphorum.

- ta, an absque nova facultate in concursus iudicio subhastari valeant.
- Et an semel ista distracta possint per bonorum liberorum superventium recuperari, ac venditionem rescindi.
- Et quid si tempore subhastationis, revera libera bona aderant, quæ tamen postmodum reperta fuere, an possessor majoratus possit illa semel distracta vendicare.
- Et an caput majoratus subhastari possit per iudicium concursus. 519
- C A P. V.
- Jus patronatus competens debitori, an in concursus iudicium sub cessione universi patrimonii à se facta veniat.
- Et an in creditores, quibus bona ceduntur, vel imposterum adjudicantur, transeat.
- Et an jus sepulchrorum, seu Capellæ debitori pertinens pro satisfactione creditorum subhastari valeat. 524
- C A P. VI.
- De administratore non soluturo absque iudicis speciali decreto, ac delegatione, vulgò, *libramiento*.
- Et an delegationem hanc administratori directam (interim mortuo, vel remoto) administrator successor adimplere teneatur, & ejus virtute solvere. 528
- §. Unic.
- Et nunquid administrator delegationem adimplere dicatur, compensando quod sibi, aut debitori communi per creditorem debetur.
- Vel quando creditoris cessionario exigenti eandem compensationem opponere intendit. 529
- C A P. VII.
- Administrator coactus pro complemento delegationis per creditorem à iudice concursus obtentæ; an compulsio- nem evitet administrationis rationem offerendo. 533
- C A P. VIII.
- Administrator concursus, qui alterata sententiæ gradus prærogativa posteriori solvir creditori; an de suo prioribus satisfaciet.
- Et an administrator regressum habeat contra creditorem à se nequam dimissum, & ab eo solum repetere.
- Vel an creditoris soluti gradum, & privilegium subintret administrator. 536
- C A P. IX.
- Administrator concursus, qui dimisit administrationem, vel ab ea fuit dimissus, & reddita ratione creditor remansit, an possit concursus bona retinere, donec sibi de reliquis satisfaciat. 541
- C A P. X.
- Emptores rerum concursus in subhastatione quando tuti sint à molestiis debitoris creditorum, necnon tertii dominium in istis prætendentis. 544
- C A P. XI.
- Diminutio monetæ, & onera intrinseca, sive extrinseca
- bonorum concursus, salaria, gabella, & expensæ ex illis deducendæ; an cedant in damnum creditorum posteriorum dumtaxat, vel potius etiam anteriorum pro rata.
- Et quando administrationis, seu administratoris periculo diminutio cedat. 547
- C A P. XII.
- Emptor sub hasta bonorum concursus sub conditione recognoscendi (loco pretii) census super eis impositos; an satisfaciat, si recognoverit, dum possederit, itaut à se facta postmodum hypothecæ dimissione, prorsus à recognoscendi obligatione, liberetur. 558
- C A P. XIII.
- Debitor contrahendo, donando, legando, majoratum instituendo, aut dividendo sua bona, vel patiendo præscriptionem, necnon sententiam contra se latam; an, & quando suis præjudicet creditoribus. 561
- §. Unic.
- Prior creditor qui passus est, & consensit alium inferioris gradus suum creditum plus exigere, vel rem sibi hypothecatam ei obligari, an creditoribus intermediis præjudicet, vel an prorsus jus suum reale, & prælationem amittat, quoad omnes creditores.
- Et de uno, & eodem creditore pro diversis creditis diversimodè, & interpolatè graduando. 567
- C A P. XIV.
- De creditoribus præmaturè solutis gradatim descendenti- bus ob revocatoriam contra eorum primum à priori, & potiori creditore motam.
- Et an prior creditor cogatur revocatoriam prius intentare, & incipere à posterioribus solutis, vel an potius possit suo arbitrio quemlibet ex jam satisfactis convenire.
- Et an res iudicata contra primum sic lata ad istius favorem, aliis inferioris gradus non citatis, gradatim præjudicet. 575
- C A P. XV.
- Mortuo debitor concursus iudicio pendente, an bona majoratui ipso jure à nexibus concursus, & administratoris liberentur.
- Ubi de fructibus feudatarii, usufructuarii, emphyteutæ, aut beneficiati debitoris, an cedant in concursum, & morte debitoris dissolvantur.
- Et quid pro rata fructuum ipsi debitoris tangente; an ejus respectu saltim omnium recollectio, ad administratorem pertineat, successore excluso. 579
- C A P. XVI.
- De vita, & interitu iudicii concursus quandiu pendeat, & qualiter extinguatur.
- Et an in potestate debitoris sit iudicium semel à se inter creditores formatum dissolvere.
- Ac quemadmodum administratio, & administratoris munus dissolvitur. 583

F I N I S.